



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde utilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

De 2. Præcepto Eccles.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

DE II. PRÆCEPTO
Ecclesiæ.

Ieiunij, & Abstinentia.

Circa secundum præceptum Ieiunij, tenerur homo ieiunare modo Ecclesiastico omnibus diebus præceptis post completum vigesimum pimum annum, usque ad sexagesimum completerum: siue hæc Ieiunia sint communia roti Ecclesiæ, siue alicui Provinciæ, aut Diœcesi particulari: si vero sunt ex voto ieiunantibus; consideranda est eius intentio. Est autem ieiunium corporale duplex, Naturale, & Ecclesiasticum. Primum consistit in totali abstinentia cibi, & potus à media nocte quacumque de caussa: ad quod tenentur, qui sumere volunt Eucharistiam, extra Viaticum. Secundum consistit in quadam determinata abstinentia. Unde si quis sumat aliquid etiam paruum, & per modum medicinæ; frangit ieiunium naturale, non autem Ecclesiasticum, quod consistit in unica cœstione continua (nisi ad sit caussa ad aliud quod

quod eēmpus diuidendi) ciborum non prohibitorum, circa meridiem. Cui ad- di potest serotina cœnula , more con- sueto Ecclesiæ: in qua scilicet non adhi- beantur, nisi fructus, vel legumina, & si- milia, quæ in tertij mensis adhiberi so- lent: & non excedatur quantitas sex , vel octo vnciarum Romanarū regulariter. Hæc cœnula potest manè præmitti cum caussa rationabili , si praudium differa- tur usque ad noctem.

2. Si quis in die Ieiunij bis , aut ter frangeret Ieiunium ; non committeret, nisi vnum peccatum in prima fractione at verò si bis , aut ter comedet carnes & cibos veritos; quoties comedet, to- ties peccaret. Ratio est, quia in prima fractione iam redditur impotens ad ser- uandum Ieiunium , & sic cessat obliga- tio præcepti: at in secundo casu non red- ditur impotens ad non comedendas car- nes post primam comedionem: & cum præceptum sit negatiuum , obligat sem- per, & ad semper.

3. Frangitur Ieiuniū , non solum per plures, aut inordinatas comediones; sed etiam per comedionem ciborum prohi- bitorum,

H 4

bitorum,

bitorum, ut sunt carnes, & lacticinia. Et quidem per carnes simpliciter franguntur per lacticinia vero, quando non est priuilegium, aut consuetudo approbata. Unde qui à Medicis dispensantur ad carnes, simpliciter dispensantur ad ieiunium: non autem si solum dispensentur ad lacticinia. Et in primo casu, si quis cum carne comedederet etiam pisces; non peccaret, nisi intemperanter comedederet: & iuxta qualitatem intemperantiae esset peccatum. Si quis pluribus horis ante meridiem comedederet sine causa, frangeret ieiunium: licet aliqui putent, non frangere, sed solum venialiter peccare.

4. Potest aliquis excusari à ieiunio propter necessitatem corporalem, aut propter nimium laborem, iudicio Prudentis, aut propter paupertatem, quia non haberet, quod sufficiat in unica cōmestione. Item excusantur prægnantes, & nutrices, &c. Non tamen si excusat à ieiunio, eo ipso potest comedere cibos prohibitos: cum ad hos sit alia prohibitia.

5. Si quis redderet se impotentem ad ieiunandum, vel ex ludo, vel ex alia causa

causa non necessaria; posita impotencia, etiam culpabili, non peccat non ieiunando: nisi ex hoc fine non ieiunandi redderet se impotentem.

6. In diebus Veneris, & Sabbati, quando non coincidunt cum ieiunio aliquo; non prohibentur lacticinia, sed solum carnes, iure communi: exceptis pueris ante usum rationis.

7. Potus ordinarius, etiam vini, quamvis esset intemperatus, & sine causa; non soluit ieiunium Ecclesiasticum: quia non prohibetur lege ieiunij: & in cibis potest dari parvitas materiarum.

8. Si quis per transitum reperiatur in loco, ubi ieiunetur, non animo morandi ibi; non tenetur ad ieiunium, nisi sit vniuersale.

9. Potest demum quis excusari à Ieiunio per dispensacionem Superioris, quam potest concedere Episcopus respectu huius, vel illius sibi subditi & Superiorum Religionum respecti suorum subditorum. Requiritur autem ad dispensandum causa sufficiens, saltem probabilis, vel dubia.

H. DE